





1755, 15
2.5.
37.
17

COMMENTATIO BREVIS
DE
STATVTIS CIVITATVM,
QVATENVS INCOLAS SVBVRBIORVM,
PRAECIPVE CIRCA SVCCESIONEM
AB INTESTATO, OBLIGANT,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVG. CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE ETC.

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTOR. ORDINIS CONSENSV

PRAESIDE

DOMINO

PAVLO WILHELMO SCHMIDIO

IUR. DOCTORE ET PROFESS. PVBL. ORDIN.
NEC NON SCABINOR. COLLEG. ADSESSORE

PATRONO AC PRAECEPTORE PIE SEMPER
COLENDO

DISQVISITIONI PVBLICAE
AD D. XXVI. M. IVL. M DCC LV.

SUBMITTIT

AVCTOR AC RESPONDENS

IOANNES LVDOVICVS ECKARDT

COBVRGENS. LL. CVLT.

I E N A E
LITTERIS FICKELSCHERRIANIS.





DISQUISITIO QVAESTIONIS:
VTRVM STATUTA CIVITATVM ETIAM IN SVBVRBIIS
VALEANT, PRAECIPVE QVOAD SVCCESIONEM
AB INTESTATO?

P R O O E M I V M.

Maximam Doctorem partem de quaestione: an statuta municipalia suburbiorum quoque intuitu valeant, nec ne? filere & paucos quidquam, quod eius decisioni possit inferuire, proponere, eorum libros paullulum peruoluturus facile inueniet. Ex omnibus, qui mihi innotuerunt, Ictis copiosissime de ea egerunt *Frischius* in comment. de iure & statu suburbiorum & *Pufendorffius* in Observationibus Iuris vniuersi Tom. I. Obseru. LXXXI. Sunt autem quae *Frischius* habet, nimis dispersa neque ad singulos casus directa & *Pufendorffius* nimis generaliter, licet doctissime, ad eam respondet: nam vix ac ne vix quidem varius statutorum constituendorum modus, variaeque tam magistratuum vrbicorum quam suburbiorum conditio regulam vniuersalem, ad quam quaestio proposta possit determinari, admittere videntur. At enim verum accuratior eius inuestigatio ob eius obuientem in foris interdum, praesertim si de statutaria suburbicariorum successione quaeritur, tractationem superflua videri nemini possit, eam mihi hac dissertatiuncula proposui perpendendam quam iurium me longe peritiores beneuole excipiant, rogo optoque.

S. I.

§. I.



Vox *statutorum* variis significatibus occurrit, quos breuiter recensere e re duco. Sumitur illa interdum sensu latissimo pro legibus particularibus, in primis iis, quae sunt a ciuitatibus imperialibus latae. *Stryck.* in *Vf. Mod.* Tit. de decret. ab ordin. faciend. §. I. Deinde sensu quodam strictiori saepissime denotat leges collegii seu vniuersitatis cuiusdam conuentionales. Sed neque illo neque hoc sensu ea in quaestione ventilanda accipitur, quia horum utroque circa *statutorum* quod ad suburbicarios valorem vel non-valorem determinandum vix quaedam oriri poterit dubitatio: intelligenda potius ea est *statutorum* significatio, qua sunt leges particulares ciuitatem municipalem quandam in specie concernentes.

SCHOL. Putat equidem b *Leyserus* Spec. VIII. med. r. statuta leges dici haud posse, quia non ex superioris cuiusdam voluntate, sed ex pacto atque conuentione obligarent; quae vero nos non mouent, quia 1) non est de essentia legis, vt ex superioris obliget voluntate (vid. §. 3. Schol.); 2) non omnia statuta ex pacto ortum trahunt, vt sequentia docebunt; & 3) licet haecce negligere momenta, tamen statuta, ea quoque, quae per modum conuentionum ineuntur, ex imperantis voluntate, quanquam per indirectum tantummodo obligare, dicere possumus. Hinc recte quidem statuta in L. 3. §. 4. ff. quod vi aut clam. & L. 3. §. 5. de sepulcor. viol. leges appellantur municipales.

§. II.

Iura particularia, licet ciuitatem quandam tantum concernant, condi tamen proprie a solo eius imperante, quippe qui solus in ea gaudet legislatoria potestate, possunt: Sed haud raro magistratus municipales propria auctoritate eiusmodi iura constituere, inter omnes constat. Ea autem ciues aliter non obligant, nisi quod in ea consensere introducenda, aut quia magistratui illa condendi facultas privilegio imperantis expresse aut tacite est concessa. Conf. magni post



post fata *Engauii* Elem. Iur. Germ. Lib. I. §§. 166 - 169. Illa in specie *statuta* audiunt *conventionalia*. *Boeberi* Compend. D. Tit. de LL. §. 5.

SCHOL. Vtrum & quando necessarium sit, vt *statuta* ab imperante confirmentur, quia nil ad rem, silentio praeterimus. Conf. tamen potest b. *Engau*. l. c. §. 166.

§. III.

Statuta conventionalia sunt leges conventionales, Leges autem conventionales audiunt, quae non nisi ex consensu obligant. Consensus in eas esse tam expressus, quam tacitus potest. Iam ad *statuta conventionalia* legitime constituenda 1) vt omnes, quos ex illis magistratus vult obligari, conuocentur 2) duae minimum conuocatorum adsint partes, & 3) id recipiatur, quod a maiori eorum parte fuit adprobatum, requirunt. *Berger*. Oecon. Iur. Lib. I. Tit. 1. §. 18. not. 1. Resoluas naturam consensus taciti atque expressi, quo factio facile perspicies, qui comparuere, eos expresse, quique conuocati non comparuerunt, eos tacite in id consensisse, quod maiori parti optimum visum fuit.

COROLL. Quum legum conventionalium vnica obligationis causa est in illarum constitutionem consensus: Sequitur, vt, qui neque expresse, neque tacite in statuti cuiusdam conventionalis consenserunt confessionem, illo haud obligentur. Atqui, qui ad illud condendum non fuerunt conuocati, in illud neque expresse neque tacite consensisse dici possunt. Vid. *Wernber*. Observ. Forens. Vol. II. Part. IX. Obs. 145. *Leyser*. Spec. VIII, med. 1. *Serru*. Exercit. ad 1. II. §. 42.

SCHOL. Sunt quidem, qui cum *Pufendoffii* de I. N. & G. Lib. I. Cap. 6. §. 4. & 8. ad legem constituendam superiorem necessario requirunt, sed, quae vtplurimum in re quadam deprehenduntur, non statim ad eius essentiam requiri, statuendum est. Lex quod ad essentiam est propositio obligatoria: obligationem autem nobis etiam consensu nostro constituere posse, expediti iuris est. Vid. Illustr. *Dariesii* Iurispr. vniuers. l. 1. & 2. 1. de LL. obuia.

§. IIII.





§. III.

Quod si igitur sit decidendum, vtrum statuta conuentionalia non in vrbe solum, sed & in suburbiis valeant? ad id in primis respiciendum erit, vtrum suburbicarii ciues ad suffragia de eorum receptione ferenda fuerint conuocati nec ne? De quorum vno si constat, decisio difficilis non videtur, quum eos illo casu teneri, hoc vero eos illis haud obligari doceat §. anteced. Sin autem de neutro constat neque statutorum ratio & verba neque suburbicariorum & magistratus conditio eos excludit, aut adsunt rationes, quae eos ad illa condenda fuisse admissos, praesumptionem efficiunt, aut eiusmodi rationes deficiunt. Si illud, eorum valor; Si hoc, non-valor praesumendus erit.

SCHOL. Quae sint omnes istae praesumptionum rationes enumerare nequeo, quum urbium & suburbiorum condiciones atque relationes sint diuersissimae; istae autem rationes tam ex his, quam ex statutorum rationibus & occasionebibus provenire possint. Eiusmodi tamen praesumptionem e. gr. suburbiorum cum vrbe aequalitas & iuris ciuitatis communio efficere potest. Vid. *Fritsch.* l. c. Cap. V. §. 1.

§. V.

Ita videtur de statutis conuentionalibus. Sed quid de non-conuentionalibus siue iis, quae magistratus urbanus vi facultatis statuendi ipsi ab imperante concessae concepit? Sunt ea absque dubio leges positivae. Leges positivae vel ex consensu vel ex superioris cuiusdam voluntate obligant. Ad haec, de quibus in praesenti loquimur, statuta eorum, quos obligare debent, haud requiritur consensus (§. 2.). Ergo obligant ex voluntate superioris. Sunt itaque, quia leges ex voluntate superioris obligantes audiunt positivae in specie seu strictissime dictae (Illustr. *Davies* Iurispr. univ. §. 393. Schol.) eiusmodi statuta leges positivae in specie siue strictissime dictae. Ex quo inferimus, quod quia leges strictissime dictae ulterius non valent, quam quousque earum auctori alios obligandi ius competit, statuta non-conuentionalia ulterius, quam quousque magistratui urbano ius ciues obligandi seu statuendi concessum, obligare siue valere nequeant.



§. VI.

Dum igitur imperans magistratui municipali ius statuendi concessit aut quousque eius statutorum valor pertinere debeat, expressit aut indeterminatum reliquit. Illud si factum, vel in suburbii quoque illa statuendi facultas tributa est, vel non. Hoc casu statuta magistratus suburbia non concernunt per §. 5. Illo autem ex statutorum verbis, an suburbiorum etiam intuitu confecta sint, nec ne, aut eruere possumus aut nequimus. Posito illo, eorum valor siue non - valor quod ad suburbia ex eorum verbis & loc. cit. determinari facile poterit.

§. VII.

Sed quid? Si verba statutorum quaestionem: an suburbia quoque obligare debeant nec ne? indeterminatam relinquunt? Quia per hypothesein (§. anteced.) magistratui vrbico etiam suburbiorum intuitu ius statuendi expresse concessum est, iterum ut iis, quae veritati magis similia sunt, studeamus, sana ratio praecipit. Hinc si adsunt praesumptionis rationes, valorem, si desunt, non valorem in dubio praesumere debemus.

§. VIII.

Iam devenimus ad eum casum, quem vltimus in §. 6. nondum sumus prosequuti. Quaeritur, nimirum: quid statuendum sit, si magistratui vrbico facultas statuta propria auctoritate condendi absque finium, quousque valere debeant, adiectione concessa est? Hic termini valoris eorum per iurisdictionis magistratui competentis limites videntur constitui. Quod enim forum alicui constitutum est, eius ille uti regulariter debet, nisi contrarium obtinere, proberur. *Mevius* ad Ius Lubecens. Part. II. art. 12. n. 4. Si magistratus vrbicus respectu quoque suburbiorum est competens, haec eius etiam iure ceteri princeps, dum ille ius statuendi indefinite concedendo aliud expresse haud constituit, tacite adprobasse censendus. Hinc, ni aliud ex aliis proberur, ciues suburbiorum secundum magistratus vrbici leges siue statuta in dubio debent iudicari. Quo quis iure iudicatur, illud eius intuitu valet. Ergo statuta magistratus vrbici, si ei ius statuendi ab imperante indefinite est concessum, isque iurisdictione in suburbia gaudeat, in suburbii quoque valere in dubio praesumere debemus.

SCHOL.



§. VIII. Eodem modo pagorum quoque intuitu, qui sunt sub magistratus vrbici iurisdictione, possumus argumentari: sequitur itaque, vt etiam quod ad illos statuta non-conventionalia valere possint. *Frisch. de iur. & stat. suburbior. Cap. V. n. 4. & 5. Mev. Part. III. Decif. 165.*

§. VIII.

Quod si igitur ius statuendi magistratus est indefinite concessum, ad id in primis respiciamus, vtrum illi in suburbia competat iurisdictionio, an minus? Illo casu ex rationibus §. antecedi. adductis statutorum valorem, modo aliud nec verba, nec suburbicariorum conditio doceat, praesumendus est. *Pufendorffii Obseruat. Iur. vniuers. Tom. I. Obs. 81.* Hoc autem casu, quod statuta magistratus in subsidiis quoque valeant, praesumere nequimus. Vid. *Bergeri Oecon. Iur. Lib. I. §. 25. not. 3. Thomasi Diss. de interpretatione beneficiorum principis.*

§. X.

Ex dictis efficitur 1) vt incolae suburbiorum valorem statutorum conventionalium, ad quae constituenda conuocati fuisse saltem praesumuntur (§. 3. 4.) atque non-conventionalium, quae condidit magistratus vrbis, cui in eos aut ius statuendi aut iurisdictionio competit, et quos neque verba, neque reliqua conditio statutorum ab eorum vsu arcent (§. 6-9.) haud teneantur probare: non-valoris e contrario ipsis incumbat probatio. *Struv. Ex. II. §. 43.*

§. XI.

2) Vt suburbicariis statutorum conventionalium, ad quae conuenienda aut non vocati fuerunt aut non vocati fuisse saltem praesumuntur (§. 4.) item non-conventionalium, quae condidit magistratus, qui eos neque statuendi neque iuris dicendi gaudet facultate; aut quae quidem a magistratu horum vtraque praedito condita sunt, quorum autem verba aut aliae causae suburbia excludunt (§. 6-9.) valoris incumbat probatio, non-valor his in casibus suburbiorum intuitu praesumatur. Nullo enim horum casuum statuta ab eo, qui facultatem ciues suburbicarios obligandi habet, sunt condita aut condita esse praesumuntur: ergo etiam eorum intuitu non sunt leges scriptae aut saltem non esse praesumuntur. Hinc, qui ea quoad illos valere



lere contendit, hoc debet probare, quia, si valent, tanquam ius non-
scriptum seu consuetudinarium, quod de regula probandum, valere
illa tantummodo possunt.

SCHOL. Nec huic e antecedenti s̄pho est contrarium, quod *Schilter*. Ex.
III. s. 8. & *Heinecc.* Iur. Germ. Lib. I. §. III. contendant, deterioris
regulariter cenferi conditionis suburbiorum incolas, quam eos, qui in
ipsa ciuitate domicilium habent. Eos enim de indole ac institutis an-
tiquioribus Germaniae vrbium loqui quilibet loca allegata perlustrans
facili negotio videbit.

§. XII.

3) Ve indistincte iisdem suburbiorum incolas cum ciuibus intra
ipsa pomaeria vrbis degentibus circa successione ab intestato iuribus
atque statutis vti, praesumi nequeat, sed casus in §. IO. & II. seiuncti
omnino distingui debeant; quamquam non negemus casus in §. II. enu-
meratos rarius hodie quam quos §. IO. continet, occurrere; vnde
forfan regula enata: suburbia semper praesumi eodem cum vrbe suc-
cedere modo. Conf. *Knipschild.* de iur. ac priuil. ciuitat. imper. Lib. II.
Cap. X. num. 68. & cap. XXIX. num. 78. seqq. *Koepfen.* Decis.
XXXI. num. 22. *Pufendorf.* Tom. I. Obf. LXXXI. §. 2.



ULB Halle

3


007 469 926



VD18







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

TATIO BREVIS DE

CIVITATVM,
COLAS SVBVRBIORVM,
RCA SVCCESIONEM
ATO, OBLIGANT,

QVAM
MAGNIFICENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO
MINO

G. CONSTANTINO
VLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
T GVESTPHALIAE ETC.

SVLTOR. ORDINIS CONSENSV
RESIDE
DOMINO

HELMO SCHMIDIO

T PROFESS. PVBL. ORDIN.
NOR. COLLEG. ADSESSORE

RECEPTORE PIE SEMPER
OLENDO

TIONI PVBLICAE
I. M. IVL. M DCC LV.

VBMITTIT
C RESPONDENS

DOVICVS ECKARDT
ENS. LL. CVLT.



E N A E
ICKELSCHERRIANIS.

1755, 15

J.G.

37.

17

7.

